



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Preceptoriu[m] Domini Gotscalci Hollen de ordine Heremitarum sancti Augustini

Hollen, Godescalcus

Nurmberge, 1521

VD16 H 4471

Preceptum Decimum

urn:nbn:de:hbz:466:1-30748

gue ad disponendā restitutionē. Tum etiā propter infelicitatem heredum et hominum quibus restitutio aliquādo committitur quā minime perficiunt. Ideo dicitur Hierem. xvij. *Maledictus homo qui confidit in homine.* Correlarium secundū. Non omnib⁹ indifferenter res aliena est restituēda: sed domino rei et suis heredibus est principaliter reddenda: ut patet Thobie. ij. cap. Ubi dicitur. Factum est autē ut mulier hedum captarum accipiens: detulisset domi cuius cum vocem balantis vir eius scilicet Thobias audisset dixit. *Videte ne forte furtiu⁹ sit: sed reddite eum dominis suis: quia non licet nobis edere de furto aliquid aut contingere.* Ex hoc tam patet: q̄ restitutio rei aliene est domino rei faciēda: non alijs indifferenter: quia dicit. *Reddite eum dominis suis.* Idem etiam habetur. iij. q. i. reintegranda sunt omnia: spoliatis fere p̄ totam questionem: et de restitutio. spolia. per totū. Fallit tamen hoc cū is qui dedit pecuniam: commisit turpitudinem in dando: ut patet in symonia. Et si dominus haberi non potest: aut quia mortuus est: tunc faciēda est restitutio suis heredibus. Et hoc est verum: nisi aliter ordinatum sit in testamēto. Si enim ordinasset q̄ bona sua deberent distribui in pias causas: tunc nō heredibus sed executoribus faciēda est restitutio. Si autem ignoratur dominus rei vel non inueniatur: tunc cum consilio et auctoritate ecclesie sue parochialis: distribuatur in pias causas: et hoc maxime in elemosynam pauperū vel in redemptionem captiuorum: et hoc in illa villa ubi fecit tale damnum. Et si villa nescitur: saltē in illa dyocesī ubi facta est rapina. ¶ Tertia conclusio. Non solum fures et raptores principales obligantur ad restitutionem: verum etiam participantes et cooperātes. ad rei aliene ablationem. Patet per Esaiam prophetam dicentem. *Principes tui infideles socij furum et c.* Esa. j. Item psalmista. *Si videbas furem currebas cum eo* Idem patet ad Roma. j. Non solum qui faciunt: sed qui consentiūt facientibus digni sunt morte: et lxxxvj. vl. c. faciētis. Et sunt nouem qui participant in tali crimine: et te

nentur ad restitutionem quilibet insolidū et continentur in his metris. *Iussio. consilium. consensus. palpo recursum. Participans mutus et c.* Et de his dictum est in septimo precepto. Sermone quarto.

Explicit Nonum preceptum.

Incipit Decimū preceptum.



Non concupisces vxorē pximi tui. Istud est decimum preceptū et vltimum: in quo prohibet ois concupiscentia carnalis: sicut in nono precepto prohibetur concupiscentia oculorū. Ideo autē dantur duo precepta prohibentia hanc duplicem concupiscentiam: eo q̄ ad has natura corrupta maxime inclinatur. Nam ad concupiscentiam oculorū inclinā per cōuersationez sui in esse indiuidui: sed ad concupiscentiam carnis propter sui cōseruationē in esse speciei. Peccant ergo primo contra hoc preceptū omnes qui habent voluntatē violandī thorum pximi sui. Ubi considerandū est: q̄ si dominus solum voluntatem huius peccati prohibet: quanto ergo rigore sue iusticie voluntatē suam facto implentes punit: et illos potissime q̄ pulchras: castas et p̄bas vxores habētes anias suas diuina imagine insignitas: sordidis cōcupiscentiis aliarum maculant feminarū. Ad hanc vitandam monemur ex quattuor. Primo p̄pter sanctorū patrum imitationē. Scribitur enī Gen. xxx. q̄ cum vxor putipharis principis exercitus Pharaonis videret Ioseph pulchrum facie et decori aspectus: et diceret ei *Domini mecum.* Ille abhorruit dicens. *Dominus me⁹ mihi omnia tradidit: et nihil est qd nō est in ptate mea preter te: quia vxor eius es: quō ergo hoc malū facere possuz?* Thobie p̄o quarto habet: q̄ inter alia documēta q̄ Thobias dedit filio suo hoc specialiter dixit. *Attēde tibi fili mi ab omni fornicatione: et preter vxorem tuam non patiaris crimen.* De hoc singulariter gloriabatur sanctus Job. xxxj. capi. dicens. *Si deceptum est cor meum super mulierē: et si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum*

Preceptum Decimum

E sit alterius vxor mea: et super illam incur-
uentur alij. Secundo debet vitari ppt tras-
gressoz correctione. Scribit em Gene. xx.
q cum Abraam egredere egyptum dixit
vxori sue. Noui q pulchra sis mulier et cum
viderint te egyptij dicitur sunt. Vxor eius
est: et interficient me: et te reseruabunt. Dic
ergo obsecro q soror mea sis. Quod sic fa-
ctum est: quia rex egypti concupiuit eam:
et sic sublata est vxor Abrae in domu pha-
raonis. Cui dominus apparens per som-
num dixit ei. Non time mueris: quia vxore
alterius accepisti. Nec tamen mentitus fuit
Abraam: quia vere soror eius erat: quia fi-
lia fratris eius est. Sed veritate tacere vo-
luit et mendacium non dicere: vt dicit Au-
gustinus. Et ponitur. xxij. q. ij. Et hoc licet
facere absq peccato: saltem extra iudicium.
Etiam scribitur Danielis. xiiij. quia illi duo
senes qui per ardentem concupiscentiam
rem turpem voluerunt agere cum Susan-
na vxore Joachim: iudiciali sententia in-
fecti sunt a deo: et saluatus est sanguis in-
noxius in illa die. Nam Daniel sanctus co-
uicerat eos ponens eos in diuersis custo-
dijs: et repperit eos mendaces: quia inter-
rogati vnus dixit eos sub primo peccasse.
Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es
est. Tertio propter christi prohibitione: qui
Matth. v. dicit. Dictum est antiquis. Non
mechaberis: sed ego dico vobis. Si quis vi-
derit mulierem ad concupiscenda eam: iam
mechatus est eam in corde suo. Dubitatur
quando concupiscentia est peccatu morta-
le: et quando veniale? Respondet Augusti-
nus in libro de sermone domini in monte:
dicens: q concupiscere potest contingere
tripliciter. Primo suggestione. Statim em
vel ex memoria vel ex vsu vel ex auditu al-
quorum delectabiliu fm tactum vel gustuz
suggerit aliqua concupiscentia. Secundo
delectatione: quia postmodum in concupi-
scentia illa signa gesta per visum et audituz
anima incipit titillari aliqua delectatione
optando illa delectabilia habere nondum
deliberatione habita vtrum sit a deo pro-
hibita vel non. Tertio consensione: quia si
consentitur et deliberatur talis concupisce-
ntia esse fienda vt oportunitate data quan-

tuncq a deo prohibita opere compleatur
et satietur. Primis igitur duobus modis fm
Augustinu concupiscentia non est peccatu
mortale quis sit initium peccati. Sed ter-
tio modo est peccatum mortale. Unde di-
cit Augustinus notabiliter christu dixisse.
Non omnis qui viderit mulierem sed qui
viderit mulierem ad concupiscenduz eam.
id est hoc fine et hoc animo deliberato vt
eam concupiscat quod non est iam titillare
ex delectatione carnis sed deliberate con-
sentire libidini vt non refrenetur illicitus
appetitus sed oportunitate data satiaf co-
sensus. Quarto propter iuris canonici de-
terminationem: vt patet. xxxij. questi. v. c.
qui viderit muliere: vbi dicitur aperte. Ve-
ritas ostendit q in solo visu turpiter virgo
vel innupta concupiscit adulteriu perpe-
tratur. Idem in. c. sicut em. dicit Ioannes
Criso. Multi em corpore castigati student
qui adulterium committunt voluntate cu do-
minus dicat. Qui viderit mulierem ad con-
cupiscendum eam: iam mechatus est eam
in corde suo. Ergo voluntas sine opere pec-
cat frequenter. Ibidem in ca. si Paulus: et
sicut est in perturio sic est in illo. Sed para-
tus peierare est piurus: vt patz in canone
Qui peierare. xxij. q. v. Idem de furto: vt
patet de peniten. dist. j. c. magna: q votum
pro opere reputatur. Dubitatur vtrum vo-
luntas semper pro opere reputetur. Respo-
det magi Henricus de virmaria super eo-
dem precepto dicens q distinguenduz est.
Quia autem voluntas habet facultate ope-
rari et sic non reputatur pro facto. In quo
casu loquitur Ambro. et ponit. lxxxvj. dist.
c. Non satis est bene velle sed etiam bene fa-
cere oportet. Nec iteru satis est bene facere
nisi procedat ex bono fonte. id est ex bona
voluntate. Aut no habet facultate: et sic ite-
rum distinguitur. Aut est voluntas mala:
et sic semp reputatur pro facto: et semp est
peccatu mortale in voluntate sicut et in ope-
re: licz no tantu sit malu sicut peccatu in vo-
luntate et operatione simul: et illud est ve-
rum qdum ad iudiciu diuinu quod intuet
cor. sed qdum ad iudiciu ciuile si voluntas
suis terminis sit contenta no punif: vt patz
de peni. di. j. c. Logitatio. Ubi dicit Gregori.

Aus. Cogitatio non meret penam lege civili cum suis terminis sit contenta. *Ibidem.* Cogitationis penam nemo meretur. *Glossa* dicit. Ab homine sed a deo bene. Sed si voluntas progreditur ad actum vel etiam ad conatum: sic in criminibus maxime puniuntur solus conatus: licet machinatio non habuerit effectum. Sed lex non minus ponit eum qui causa occidendi inuentus fuerit cum telo quam eum qui occiderit: ut patet de penitentia. *distinc. j. c.* In minoribus pro criminibus non puniuntur solus conatus: quia non sum fur si sum conatus furari. ff. de furtis. l. quia furti. Aut voluntas est bona. Et tunc aut illa que vult cadunt sub precepto aut sub consilio. Si primo modo. sic voluntas non reputatur pro facto: ut patet in ieiuniis et huiusmodi ab ecclesia editis. Et hoc potissimum me quando voluntas habet facultatem progrediendi in opus. Si autem cadit sub consilio sic distinguitur: quia aut illa respiciunt premium aureole et sic iterum voluntas reputatur pro facto: ut patet de sancto *Martino*: de quo canit ecclesia. *O sanctissima anima* quam et si gladius persecutoris non abstulit: tamen palmam martyrii non amisit. Aut respiciunt premium aureole: et sic iterum voluntas non reputatur pro opere. Quia non sufficit pro premio aureole sola voluntas continendi: nisi actus continentie in opere contineatur. Quinto est concupiscentia carnalis fugienda propter appetitus insatiabilitatem quia est ad modum ignis inextinguibilis animam inflammans. De qua scribit *Job. xxxij.* Ignis est usque ad consummationem devorans. Non solum enim animam inflamat sed etiam inflammando incinerat. Et tunc superuenit soror eius superbia vite et auaricia: que animam tanquam sitis inextinguibilis cruciat. Dubitatur utrum aliquis sanctorum hic in vita fuerit sine concupiscentia carnali. Respondet magister *Augustinus* de anchona. super *Magnificat* dicens: quod querere an aliquis sanctorum fuerit sine carnali concupiscentia est querere an aliquis fuerit sine peccato. Hanc ergo questionem mouet *Augustinus* in li. de bapt. par. dicens: quod aliud est querere: an aliquis sanctorum fuerit sine peccato et aliud an posset esse et aliud an posset esse cur non

est. Ad primum articulum an fuerit aliquis sanctorum sine concupiscentia carnali vel sine peccato planum est quod non: propter christum et matrem eius gloriosam: quia vox sanctorum est illa. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine: quia non iustificabit in conspectu tuo omnis viuens. Vox sanctorum est illa. Dixi confitebor aduersum me in iusticiam meam domino etc. Et subdit. Pro hac. s. iusticia orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Item vox sanctorum est illa. mitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris etc. Etiam vox sanctorum est illa. Si dixerimus: quia peccatum non habemus: nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est. Unde *Augustinus* ibidem de illis. cxxliij. milibus sanctorum qui cum mulieribus non fuerunt coinquinati: qui sine macula sunt ante thronum dei: scriptum est de eis quod in ore eorum non fuit mendacium inuentum. Quod si seipsos dixissent fuisse sine peccato: mendacium in ore ipsorum fuisset. Ad secundum articulum scilicet an possit esse. Respondit quod posset esse per gratiam dei cooperante libero arbitrio quia nec mandata dei sine gratia dei seruari possunt. Unde cum propheta dixisset. Tu mandasti mandata tua custodiri mihi: statim adiunxit. Utinam dirigantur vie mee ad custodiendum iusticiam tuam. Per quod dedit intelligere non esse in potestate eius custodire mandata dei sine gratia diuina dirigente. quod nemo optat obtinere: quod est in sua potestate. Sed primum ad tertium articulum. scilicet si potest esse cur non est. nec fuit? Respondit quod deus hoc permittit quod non sit propter reprobationem humane superbie: aut propter conseruationem diuine gratie per peccatum. Ergo carnalem concupiscentiam nullus sanctorum preter christum et beatam virginem euadere potuit. Sexto talis concupiscentia est fugienda propter multorum malorum consecutionem. Ideo dicit *Ecclesi. xv.* Non concupiscas mulierem. Nam talis concupiscentia paradysum nobis abstulit: ut patet *Gen. iij.* Et de hoc nota octo mala que malus amor mulierum nobis intulit in. vi. precepto in sermone. ij. et in membro. Dubitatur: utrum concupiscentia carnalis fuerit aliqua lege

Preceptum Decimum

Respondet Augustin⁹ de anichona sup mag-
nificat dicens: q^d concupiscētia potest ac-
cipi tripliciter. Primo vt est inchoata. Se-
cundo vt est per cōsensum rationis delibe-
rata. Tertio vt est per opus exterius con-
summata. Primo vt concupiscētia est no-
bis inchoata non est in lege prohibenda: q^d
talī concupiscētia insurgit id nobis ex car-
ne et inchoat in nobis absq^e nostra volun-
tate. Nec est in potestate nostra q^d non in-
surgat: q^d lege phibet q^d p^r nostrā volunta-
tem possumus vitare. Est em̄ talis concu-
piscētia inchoata vel initiata cohibenda
ne pgressum faciat: et ne tantū insurgat q^d
iudicium rōnis peruertat. Secūda hō cō-
cupiscētia: que est per cōsensum rōnis be-
ne deliberata est lege prohibenda: quia lex
dat semp^r habenti rōnis vsum et liberū cō-
sensum. Unde ex quo p^r rōnis cōsensum con-
cupiscētia que iurgit in nobis potest ap-
probati: et non approbati et ei consentire et
non consentire: potest talis cōcupiscētia le-
ge prohiberi ne per rationē sibi consentiat
fm̄ quem modū prohibet quando dicitur.
Non concupisces vxorem proximi tui. Ac si di-
ceret lex cōcupiscētia insurgentē in nobis
de vxore proximi seu de aliqua inordinata
delectatione non deliberata per rōnis con-
sensum esse faciendā: sed statim ipsam re-
pimatis et ipsi nō consentiat per volun-
tatē cuius velle deus p^r facto putat. Sed
concupiscētia opere exteriori cōsummata
est puniendā: quia tunc potest esse nota iu-
dicio humano: quando iam per opus con-
summata est et completa. Cum homo illa
debeat penitere que foris apparent et que
sibi possunt esse manifesta iudicio probatio-
nis et allegationis. Ergo concupiscētia in-
choata est cohibenda. cōcupiscētia hō de-
liberata est lege prohibenda. Sed cōcupi-
scētia opere: cōsummata est lege humana
et diuina prohibenda. Ergo dicit domin⁹.
Non concupisces vxorem proximi tui. Iu-
dei dicunt q^d hic non prohibet concupiscen-
tia nisi aliquāter p^rumpat in actus exte-
riores sicut ex concupiscētia aliene vxor-
is aliquis mouetur ad tangendā eam im-
pudice vel sollicitando eam verbis vel mu-

neribus: et fm̄ hoc dixerūt aliqui doctores
nostri q^d lex vetus prohibeat manum et nō
animū: vt habetur in glosa super epistolaz
ad Philippens. iij. c. Sed contra illos dicit
Nicolaus de lyra sup illud Exodi. xx. Non
cōcupisces vxorem proximi tui dicens. Di-
cere q^d actus interior volūtatis nullius sit
reatus: nisi aliquo modo p^rumpat in actū
est multum irrationabile. cum ratio pecca-
ti magis accipitur a mala voluntate inte-
riori q^m etiam ab actu exteriori. Quia si
nullo modo est voluntariū. nullo modo est
peccatū: vt patet in amentibus et pueris.
Ideo dicit. xij. q. i. c. Ex volūtate itaq^e pec-
cata procedunt q^d libero mentis arbitrio et
delinquētis pposito cōmittunt. Infra dicit
Aug. in li. retractationū. c. Alsq^e adeo pctm̄
est volūtariū malū vt nullo modo sit pctm̄
nisi sit volūtariū. Ibidē in. c. merito: et. c.
Illa cauenda sunt: q^d ex nostra volūtate p^r-
cedūt. Hec Amb. Et volūtas est causa ois
vicij et mali et virtutis. lvi. dist. c. Nasci. et.
xvii. q. i. c. Statutum.

Non concupisces vxorem pximi tui.
Secundo peccant ptra illud preceptū
Nō concupisces vxorem proximi tui: q^d
formant sibi imagines de vxore px-
mi: cogitantes q^d sit pulchra q^m amabilis q^m
sit gratiosa. Contra quod prochdolor fa-
ciunt tā viri q^m mulieres et virgines. **P**ri-
mi sunt virgines et femine seculares q^d sta-
tim vt viros aspiciunt: grauib⁹ cogitatio-
nibus agitant. A quo tamē ppheta hortat-
ur dices. Beatus qui tenebit. i. restringit
impetum et motū illicite cogitationis et al-
lidit paruulos suos. i. prim⁹ motus carna-
lium delectationū ad petram. i. ad ch̄m se
exemplis pfortādo: qui nunq^m pertulit ali-
quē motū illicitū sensualitat⁹. Et sic faciūt
virī et femine seculares qui licet nolunt cō-
cupiscere nec etiā cōcupisci: volunt tamen
agere festū cum reliquijs turpiū cogitatio-
num: q^d nimis est periculosum. Quia facti-
liter ex hoc peccatū mortale incurrit. Q^d
probat Iacobus apostolus in sua canoniz-
ca dicens. Concupiscētia autē. i. interior
animi delectatio cum cōceperit subaudi cō-
sensum rōnis: vel ipam delectationē inter-
orem: aut etiā in opus extrinsecū prorupe-

rit: generat mortē. i. mortale peccatū. Et aut patefiat euidentius: quando cogitatio sit peccatū mortale vel non. Sciendū q̄ duplices motus pcedunt in nobis: cogitationem morosam scz motus primi qui sunt motus in carne siue in sensualitate qui plene i potestate nostra non sunt. Secundo motus subrepticij in ratiōe vel voluntate. Et post hos motus videt sequi cogitatio morosa. Quia dicit morosa non ex mora temporis sed ex eo q̄ ratio deliberans circa eam immoratur: nec tamen eam repellit vel tenēs vel voluēs eam libenter. Que statim vt attingerunt animū: respui debuerūt. Talis q̄dem cogitatio si sit de re licita: non oportet dubitare an sit peccatū. Si autē est de re illicita: ita tamen q̄ super eam non cadit nisi veniale peccatū: tunc talis morosa cogitatio p se loquendo nō excedit limites peccati venialis. Si autē sit illicita q̄ super eam cadit mortale peccatum: tunc adhuc est distinguendū. Quia aut talis cogitatio morosa versatur circa huiusmodi solum speculatione. Et si adhuc non est peccatū: licet ratione materie sit periculosum. Aut versat cogitatio circa illam rem per cōsensum delectationis: et hoc est dupliciter. Aut p cōsensum delectationis in cogitationē: et talis delectatio de genere suo nō est peccatū mortale: sed quādoq̄ veniale: quādoq̄ nullum: puta cum speculando de fornicatione in ipsa speculatione delectatur carnaliter. Sed quia speculatio placet. Aut cōsensus est in delectatione de ipsa re et actu fornicationis: sic est mortale peccatum. Quia enim aliquis cogitās de fornicatione: delectetur de ipso actu cogitatio: hec contingit ex hoc q̄ affectio eius est inclinata ad hunc actum: et delectatur in ea. De illis dicitur Sapientia. Peruerse cogitationes separant a deo. Secundi sunt sacerdotes et clerici seculares: cogitantes et in mente reuoluentes imaginem vxoris proximi q̄ pulchra et q̄ formosa sit: immo disputant aliquando de formis earundem mulierū. Contra quos Hieronymus ad rusticum monachum. Et ponitur. xxxij. distin. cap. hospicolum. dicit. Baro vel nunq̄ de formis mulierū dicitur: vt dicendo. Illa est pulchra: illa est

fedā. Illa habet magnū culum: illa nō paruum. Illa collum habet longum. Illa nō breue. Illa habet rubeos oculos: ista nigros etc. Tertij sunt persone religiose: licet sunt fide: qui postq̄ deo se voto continentie astrinxerunt: adhuc delectantur in spurcitijs carnaliū delectationū. Isti sunt similes filijs i rael qui egredientes de egypto: manna celeste fastidiebant: et cibaria villa egypti appetebant. Sic et isti renunciantes tanq̄ ab egypto recedentes et p votum continentie: paupertatis voluntarie: ac vere obedientie: terre promissionis appropinquantes: adhuc in deserto positi: in statu religionis cōstituti. In quo omnia delectabilia carnis et mundi per voluntariū contēptum deserentes: adhuc cibaria villa egypti appetunt: et cibum celi. i. suauitatem eterne deuotionis fastidiunt: q̄uis in se retineat omne delectamentū: omnis saporis suauitatem Sapientia. xvi. Sed vt quilibet valeat a tali fedo concupiscentia carnali pseruare: debet obseruare nouem. Primo debet sensus suos custodire: et psertim oculos claudere ne in aliquā feminā figatur: sicut q̄ dicit Aug. in regula. Ideo dicit Job. Pēpigi fedus cum oculis meis: ne quidem cogitarem: de virgine. Super quo dicit Grego. Et munda sit mens in cogitatione a lasciuia voluptatis: deprimendi sunt oculi carnis: quasi quidā raptores ad culpam. An Hugo super regulā Augustini super illud. Oculi vri si iactantur in aliquā feminā in nullā figantur dicit. Per illicitū visum concupiscentia orit: p quā cū mētis integritas violat: necesse est vt seruus dei visum suū repmat: ne p concupiscentiā et imūdicia cordis deū offendat: et p hoc in pceptū ruat. An dicit Job. Pēpigi fedus cum oculis meis ne quidem cogitarem de virgine. Et Hieremias dicit. Intrauit mors p fenestras nras. Glo. Adors aie p fenestras oculor etc. Exēplū p̄z in Dauid sanctissimo q̄ in feminam non solum oculos iniecit: sed et fixit: illicito appetitu deuictus: adulterius et homicidiū ppetrauit. Si q̄ tātus vir per incustodiam oculor cecidit: nos qui longe ab eius sanctitate distam: tā mortale pceptū cauere debemus. Legit in vitaspaz

Preceptum Decimum

E de quodā: qui noluit sororem suam alloqui nisi clausis oculis. Scdo debet pfortiū mulierū fugere. Unde Ambrosius ad rusticū monachū. Hospitiolū tuū inquit raro vel nunq̄ mulierū pedes terant: nec sub eodē tecto cum eis manseris: nec in p̄terita castitate confidas: q̄ nec Dauid sanctior: nec Salomone sapientior: nec Sāp̄sone potes esse fortior: qui tñ p̄ mulieres lapsi sunt. Un̄ miro modo sancti patres fugiebant consortia feminarū. Propter q̄d beatus Augustinus nec cum sorore sua habitare voluit dicens. Que cū sorore mea sunt: sorores mee nō sunt. Refert b̄tus Diego. in li. dyal. de quodā presbytero moriente: cum quedam mulier p̄scrutaref de expiratione eius dicebat ei. Recede mulier: adhuc em̄ igniculus in me viuit: tolle palliū. Et ergo nō solum debēt fugere p̄sentia corpalem: s̄ etia p̄sentia int̄cionalē: vana de eis cogitatio. Exemplū pt̄z in beato Arsenio: q̄ mulieri nobili roganti: vt sui memoriā haberet in oronibus suis. R̄ndit. Ego oro deus vt deleat memoriā tui de corde meo. Et quādo quis nō potest vitare p̄sentia eius: v̄ aspectum: saltem euitet contactū: quia caro mulierū ignis est. Unde ap̄ls. j. ad Corinth. vij. Bonū est inquit homini mulierē non tangere. Propter fornicationē autem vnusquisq̄ suaz vxorē habeat: et vnaqueq̄ suum virum habeat. Vxori vir debitū reddat: similiter autē et vxor viro r̄c. Quid exemplū patet in Leone papa: cuius manum dum quedam matrona osculata fuisset: tam vehemēs tentatio carnis in eo insurrexit: vt sibi manū amputaret. Que postea per beatam virginē ei est restituta: vt dicit Martin⁹ in cronica sua: et habēt etiā in passionali. Discant ergo q̄ periculosum sit mulieribus ingredi claustra religiosoz: et periculosum sit viris claustra monialiu: q̄ debent continēter viuere ingredi. Ideo dicitur ex de vita et honesta. c. Monasteria sanctimonialiu si quisq̄ cleric⁹ sine manifesta nec nō rationabili causa frequenter p̄sumpserit: per episcopū arceatur. Et si non destiterit: ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Si layci: ex cōmunicacioni subdanf. Tertio debent carnem suā ma-

cerare per ieiuniū et subtractionē alimentozū. Propter q̄d Aug. in regula p̄cipit dicens. Carnē vestrā domate ieiunijs et abstinentia esce et potus: quantū valitudo p̄mittit. Signanter ait. Domate: quia vt ait Hieronymus. Nil sic inflammat corpora nostra et titillat membra genitalia: sicut indigestus cibus et potus: quia venter mero estuans: cito spumat in libidinem: propter quod sancti patres artissima ieiunia seruaerunt. Sicut legit in vitasp̄atrū de Haylarione: q̄ quinq̄ caricis in die fuit p̄tentus et aquā bibit. Itē de beato Nicolao de toletino legit: q̄ infra triginta annos nunq̄ carnes: oua: pisces aut aliqua pingua aut lactinia manducauit. Et nō solum debet se castigare cū ieiunijs: sed etiā cū vigilijs et disciplinis et p̄ aspitatē vestitū et duriciē strati et p̄ plagas verberū et h̄mōi. Exēplo apli qui sentitēs stimulū carnis. j. ad Cor. ix. Castigo inquit corpus meū et in seruitutem redigo. Itē idē pt̄z in b̄to Hieronymo qui grauit̄ vexabat passione stimuli carnis: ita vt diceret in epistola ad Eustochiū Quotiens ego ipse in heremo constitutus: putabā me romanis interesse delicijs: scorpionū et ferarum tñ socius sepe choris intereram puellarū. Pallebāt ora ieiunijs: et mēs desiderijs estuabat. In frigido corpore sola libidiniū incendia bulliebant. Aliud exemplum patet in ipso beato Benedicto: qui cum ex recordatione cuiusdā femine quā aliquādo viderat instinctu diaboli tentationis igne inflamatus esset proiecit se nudum in viticarū et spinarū et vepium densa fructecta: et se in illis spinarū aculeis et viticarum incendijs tamdiu volutabat: donec ex eis toto corpore vulneratus exiit. Et sic per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mentis. Aliud exemplum in vitasp̄atrū dicit de quodam solitario. Apud quē cum quedaz mulier hospitata esset de nocte: et diabolus stimulare cor eius in eā ipse accensa lucerna mittebat digitum suū in lucernā. Quē cum accendisset ardorem non sentiebat propter nimia flammā cōcupiscentie carnalis. Et ita vsq̄ mane faciēs incendit omnes digitos suos: et sic mansit immaculatus: debet etiam in hora tentatō-

Societ. Jesu Paderborna